

Universitätsbibliothek Wuppertal

Opera Ciceronis Epistolica

Cicero, Marcus Tullius

Lvtetiae Parisiorum, ad Eidus Ianuar. Anno. MDXXII. Calculo Roma

Titi Pomponii Attici vita per Cornelium Nepotem

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-687](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-687)

Vita T. Pomponii Attici.

TITI POMPONII ATTICI VITA PER
CORNELIUM NEPOTEM.



Pomponius Atticus ab origine vltima stirpis Romane generatus, perpetuo a maioribus acceptam Equestrē obtinuit dignitatem. Patre vsus est diligente, indulgente, & vt tum erant tēpora, diti, in primisq; studioso literarum. Hic, prout ipse amabat literas, omnibus doctrinis, quibus puerilis etas impertiri debet, filiū erudiuit. Erat autē in puero, pręter docilitatem ingenii, summa suauitas oris, & vocis: vt non solum celeriter acciperet, quę tradebantur, sed etiā excellenter pronunciarer. Qua ex re pueritia nobilis inter equales ferebatur, clariusq; explendescibat, q̄ generosi condiscipuli animo equo ferre possent. Itaq; icitabat omneis studio suo. Quo in numero fuerūt L. Torquatus, C. Marii filius, M. Cicero: quos

Condiscipuli Attici

consuetudine sua sic sibi deuinxit, vt nemo iis perpetuo fuerit charior. Pater mature decessit: ipse adolescentulus propter affinitatē P. Sulpitii, qui Tri. Ple. interfectus est, non expers fuit illius periculi. Nāq; Anitia Pomponii consobrina nupsit M. Seruio fratri Sulpitii. Itaq; in terfecto Sulpitio, posteaq; vidit Cinnano tumultu ciuitatē esse perturbatam, neq; sibi dari facultatem, pro dignitate viuendi, quin alterutram partē offenderet, dissociatis animis ciuū, cum alii Sullanis, alii Cinnanis fauerent partibus, idoneum tempus ratus studiis obsequendi suis, Athenas se contulit. Neq; eo secius adolescentē Marium hostem iudicatū iuuit opibus suis, cuius fugam pecunia subleuauit. Ac ne illa peregrinatio detrimentū aliquod afferret rei familiari, eodem magnā partem fortunarum traiecit suarum. Hic ita vixit, vt vniuersis Atheniensibus merito esset charissimus, nam pręter gratiā, quę iam in adolescentulo magna erat, sepe suis opibus inopiam eorū publicam leuauit. Cum em̄ vsurā facere publice necesse esset, neq; eius conditionem equā haberent, semper se interposuit, atq; ita, vt neq; vsuram vnq; ab iis acceperit, neq; Ongius q̄ dictū esset, debere passus sit. Qd̄ vtrūq; erat iis salutare, nam neq; indulgendo inueterascere eorū as alienū patiebatur, neq; multiplicandis vsuris crescere. Auxit hoc officium alia quoq; liberalitate, nam vniuersos frumēto donauit, ita vt singulis VII. modii tritici darentur, qui modus mēsurę Medimnus Athenis appellat. Hic autē sic se gerat, vt cōmunis infimis, par principibus videretur. Quo factum est, vt huic omneis honores, quos possent, publice haberent, ciuēq; facere studerent, quo beneficio ille vti noluit, q̄ nōnulli ita interpretant, amitti ciuitatem Romanam alia ascita. Q̄diu affuit, nequa sibi statua poneretur, restitit, absens prohibere nō potuit. Itaq; aliquot ipsi, & Phidię locis sanctissimis posuerunt. hunc em̄ in omni procuratione reip. actorem, auctoremq; habebant. Igitur primum illud munus fortunę, q̄ in ea potissimum Vrbe natus est, in qua domicilium orbis terrarum esset imperii, vt eandē & patriam haberet, & domū, hoc specimen prudentię, q̄ cum in eam se ciuitatem contulisset, quę antiquitate, humanitate, doctrinaq; prestaret omneis, ei vnus ante alios fuerit charissimus. Huc ex Asia Sulla decedens cū venisset, q̄diu ibi fuit, secū habuit Pōponium captus adolescentis & humanitate, & doctrina. Sic em̄ gręce loquebatur, vt Athenis natus videretur. Tanta autē erat suauitas sermonis latini, vt appareret in eo natium quendam leporem esse, non ascitū. Idem poemata pronunciauit & gręce, & latine sic, vt supra nihil posset addi. Quibus rebus factū est, vt Sulla nusq; a se dimitteret, cuperetq; secum deducere. Qui, cū persuadere tētare, noli oro te, inquit Pomponius, aduersum eos me velle ducere, cum quibus ne contra te arma ferrem, Italiam reliqui. At Sulla adolescentis officio collaudato, oīa munera ei, quę Athenis acceperat, proficiscēs iussit deferri. Hic cōplureis annos moratus, cū & rei familiari tantū opere daret, quantū non indiligens deberet paterfamilias, & oīa reliqua tempora aut literis, aut Atheniesium reip. tribueret, nihilo minus amicis vrbana officia prestavit. Nam & ad comitia eorū vctitauit, & siqua res maior acta est, nō defuit. sicut Cicero in oibus eius periculis singularem fidē prębuit, cui ex patria fugienti HS. CC. & quin quaginta millia donauit. Trāquillatis autē reb⁹ Romanis remigrauit Romā, vt opinor L. Cottā & L. Torquato Coll. quē diē sic vniuersa ciuitas Atheniesiū psecuta est, vt lachrymis desit

Modius Medimnus

Statue Attici

Roma. Athene.

Nunc Syl-la scribitur Attici lepor & cognomentū.

In Cicero. beneficia. Trāquillatis reb⁹.

Vita

Q. Cęcilius derii futuri dolorem indicaret. Habebat auunculū **Q. Cęciliū** equitem Romanū, familiarem
auunculus **L. Lucullū**, diuitem difficillima natura: cuius sic asperitatē veritus est, vt quē nemo ferre pos-
 set, huius sine offensiōe ad summā senectutē retinuerit beneuolētiā. Quo facto, tulit pietatis
Soror Atti reditate accepit circiter cęties HS. Erat nupta soror **Attici Q. Tullio** Ciceroni, easq; nuptias
ci. **M. Cicerō** conciliarat, cū quo a condiscipulatu viuebat cōiunctissime, multo etiā familiaris
 q̄ cū **Quinto**: vt iudicari possit, plus in amicitia valere similitudinē morū, q̄ affinitatē. Vteba-
Hortēsius. tur autē intime **Q. Hortensio**, qui his tēporibus principatū eloquētię tenebat, vt intelligi nō
 posset vter eum plus diligeret, **Cicerō**, an **Hortensius**. Et id, qđ erat difficillimū, efficiebat, vt
 inter quos tantę laudis esset emulatio, nulla intercederet obrectatio, essetq; taliū virorū co-
 pula. In rep. ita est versatus, vt semper optimarū partium & esset, & existimaret, neq; tñ se ci-
 uilibus fluctibus cōmitteret: qđ non magis eos in sua potestate existimabat esse, qui se his de-
 dissent, q̄ qui maritimis iactarent. Honores nō petiit, cū ei paterent propter vel gratiam, vel
 dignitatē, qđ neq; peti more maiorum, neq; capi possent cōseruatis legibus, in tam effusis am-
 bitus largitionibus, neq; reip. sine periculo corruptis ciuitatis moribus. Ad hastam publicam
Pręs. nunq̄ accessit, nullius rei neq; pręs, neq; manceps factus est, neminē suo nomine, neq; subscri-
Manceps. bens accusauit, in ius de sua re nunq̄ iit, iudiciū nullū habuit. Multorū **Coss.** Prętorūq; pręse-
 cturas delatas sic accepit, vt neminē in prouinciā sit secutus, honore fuerit contentus: rei fa-
 miliaris despexerit fructū: qui ne cū **Qu.** quidē **Cicerone** voluerit ire in **Asiam**, cū apud eum
 legati locū obtinere posset. Nō em̄ decere se arbitrabat, cū prurā gerere noluisset, asseclā esse
 prętoris. Qua in re non solū dignitatē seruiebat, sed etiā tranquillitatē, cū suspitiones quoq;
 vitaret criminū, quo fiebat, vt eius obseruantia omnibus esset charior: cū eam officio, non tñ
 mori, neq; sp̄i tribui viderent. Incidit **Cęsarianū** ciuile bellum, cū haberet annos circiter sexa-
Aetatis va ginta. vsus est etatis vacatōne, neq; quoq; se mouit ex **Vrbe**. Quę amicis suis opus fuerāt ad
catio. **Pompeii** proficiscentibus, omnia ex sua re familiari dedit. Ipsum **Pompeii** coniunctū nō offē-
 dit. Nullum ab eo habebat ornamentū, vt cęteri, qui per eū aut honores, aut diuitias ceperāt,
 quorum partim inuitissimi castra sunt secuti, partim summa cū eius offensione domi reman-
 serunt. **Attici** autē quies rātopere **Cęsari** fuit grata, vt victor, cū priuatis pecunias per episto-
 las imperaret, huic non solū molestus non fuerit, sed etiā sororis filiū, & **Quintū** **Ciceronem**
 ex **Pompeii** castris cōcesserit. Sic vetere instituto vitę effugit noua pericula. Secutus est illud
 occiso **Cęsare**, cū respu. penes **Brutos** videret esse, & **Cassii**, ac tota ciuitas se ad eū conuertit
 se videret. Sic **M. Bruto** vsus est, vt nullo ille adolescens equali familiaris, qđ hoc sene: neq; so-
 lum eū principē consilii haberet, sed etiā in conuictu. Excogitātū est a quibusdam, vt priuatū
 gratiū **Cęsaris** interfectoribus ab equitibus Romanis constitueret. id facile effici posse arbitra-
 ti sunt, si & principes illius ordinis pecunias cōtulissent. Itaq; appellatus est a **C. Flauio Bru-**
ti familiari **Atticus**, vt eius rei princeps esse vellet. At ille qui officia amicis pręstanda sine fa-
 ctione existimaret, semperq; a talibus se consiliis remouisset, respōdit, si quid **Brutus** de suis
 facultatibus vti voluisset, vsurū quantū hęc paterentur: sed neq; cū quoq; de ea re collocutu-
 rum, neq; coiturū. Sic ille cōsensionis globus huius vnus dissensione disiectus est. Neq; mul-
 to post superior esse cępit **Antonius**, ita vt **Brutus** & **Cassius** prouinciarū, quę iis necis cau-
 sa datę erant a **Cos.** desperatis rebus, in exiliū proficiscerent. **Atticus**, qui pecuniā simul cum
 cęteris cōferre noluerat florenti illi parti, abiecto **Bruto**, Italię cedenti HS. C. M. munerē mi-
 sit. eidē in **Epeiro** absens CCC. iussit dari. neq; eo magis potēti adulatus est **Antonio**, neq; de-
In bello speratos reliquit. Secutus est bellū gestum apud **Mutinam**, in quo si tantū eum prudentem di-
apud Muti cam, minus qđ debeam, prędicē, cum ille potius diuinus fuerit, si diuinatio appellanda est per-
nā diuin? petua naturalis bonitas, quę nullis casib; agitur, neq; minuit. Hostis **Antonius** iudicatus, Ita-
 lia cesserat. spes restituēdi nulla erat. Non solū inimici, qui tñ erant potentissimi, & plurimi,
 sed etiā qui aduersariis eius se dabant, & in eo lędendo aliquā consecuturos sperabant com-
Fuluia An moditatē, **Antonii** familiaris sequebant, vxorem **Fuluia** omnibus rebus spoliare cupiebant,
tonii. liberos etiam extinguere parabant. **Atticus** cū **Ciceronis** intima familiaritate vteret, amicissī-
 mus esset **Bruto**, non modo nihil iis indulsit ad **Antonii** violandū, sed e contrario familia-
 ris eius ex vrbe profugientis quantū potuit, texit: quibus rebus indiguerunt, adiunxit. **P. Ve-**
ro **Volumnio** ea tribuit, vt plura a parente proficisci nō potuerint. **Ipsi** autē **Fuluie**, cū litib;
 distineretur, magnisq; terroribus vexaret, tanta diligentia officii suum pręstitit, vt nullū illa

T. Pomponii Attici.

praestiterit vadimonium sine Attico, sponsor omnium rerum fuerit. Quin etiam, cum illa fundum secunda fortuna emisset in diem, neque post calamitatem versuram facere potuisset, ille se interposuit, pecuniamque sine scenore, sineque vlla stipulatione credidit: maximum existimans questum memorem, gratumque cognosci: simulque aperire, se non fortunae, sed hominibus solere esse amicum. Quae cum faciebat, nemo eum temporis causa facere poterat existimare, nemini enim in opinionem veniebat Antonium rerum potiturum, sed sensim is a nonnullis optimatibus eius reprehendebatur, quod parum odiosos malos ciues videret. Ille autem sui iudicii potius quid se facere par esset intuebatur, quam quid alii laudaturi forent. Conuersa fortuna est, ut Antonius rediit in Italiam, nemo non magno in periculo Atticum putarat propter intimam familiaritatem Ciceronis, & Bruti. Itaque ad aduentum imperatorum de foro decesserat timens proscriptionem: latebatque apud P. Voluminium, cui ut ostendimus paulo ante, opem tulerat. Tanta varietas his temporibus fuit fortunae, ut modo illi, modo illi in summo essent, aut fastigio, aut periculo. habebatque secum Quintum Gellium Canium equalē, simillimumque sui. Hoc quoque sit Attici bonitatis exemplum, quod cum eo, quem puerum in ludo cognorat, adeo coniuncte vixit, ut ad extremam etatem amicitia eorum creuerit. Antonius autem, etsi tanto odio ferebatur in Ciceronem, ut non solum ei, sed etiam omnibus suis amicis esset inimicus, eosque vellet proscribere multis hortantibus, tamen Attici memor fuit officii, ut ei, cum requisisset vbinam esset, sua manu scripsit, ne timeret, statimque ad se veniret: se eum, & Gellium Canium de proscriptorum numero exemisse: ac ne quod periculum incideret, quod noctu flebat, praesidium ei misit. Sic Atticus in summo timore non solum sibi, sed etiam ei, quem charissimum habebat, praesidio fuit. Neque enim suae solum a quoque auxiliū petiit salutis, sed coniunctim, ut appareret nullam seunctam sibi ab eo vel le fortunam. Quod si gubernator praecipua laude fertur, qui nauē ex hyeme, marique scopuloso seruauit, cur non singularis eius existimetur prudentia, qui ex tot, tantisque grauibus procellis ciuilibus ad incolunitatem peruenit? Quibus ex malis ut se emerferat, nihil aliud egit, quam ut plurimis, quibus res posset, esset auxilio. cum prosriptos praemissis imperatorum vulgus conquireret, nemo in Epeirum venit, cui res vlla defuerit, nemini non ibi perpetuo manendi potestas facta est. quae etiam post praelium Philippense, interitumque C. Cassii, & M. Bruti, L. Iulium Mocillam Praetorium, & filium eius, Aulumque Torquatū, ceterosque pari fortuna perculosos, instituerit tueri, atque ex Epiro, iis omnia Samothraciam supportari iusserit. Difficile enim est omnia prosequi, & non necessaria. Illud vnum intelligi volumus: illius liberalitatem, neque temporariam, neque callidam fuisse. Id ex ipsis rebus, ac temporibus iudicari potest, quod non florentibus se venditauit, sed afflictis semper succurrit, qui quidem Seruiliam Bruti matrem non minus post mortem eius, quam florentem coluerit. Sic liberalitate utens nullas inimicitias gessit, quod neque ledere quicquam, neque si quam iniuriam acceperat, non malebat obliuisci, quam vlcisci. Idem immortalis memoria percepta retinebat beneficia. Quae autem ipse tribuerat, tandiu meminerat, quoad ille gratus erat, qui acceperat. Itaque hic fecit, ut veredictum videatur, sui cuiusque mores fingunt fortunam. Neque tamen prius ille fortunam, quam se ipse finxit, qui cauit, nequa in re plecteretur. Iis igitur rebus effecit, ut M. Vipsanius Agrippa in prima familiaritate coniunctus adolescens Cæsari, cum propter suam gratiam, & Cæsaris potentiam nullius conditionis non haberet potestatem, potissimum eius deligeret affinitatem, proptaretque equitis Romani filiam generosam nuptiis. Atque harum nuptiarum conciliator fuit (non enim est celandum) M. Antonius triuuir reipublicae, cuius gratia cum augere possessiones posset suas, tantum abfuit a cupiditate pecuniae, ut nulla in re usus sit ea, nisi in deprecandis amicorum aut periculis, aut incommodis. Quod quidem sub ipsa proscriptione perillustre fuit. Nam cum L. Saufeius equitis Romani equalis sui, quicum plures annos studio ductus philosophiae habitabat, habebatque in Italia preciosas possessiones, Triuuir bona vendidissent, consuetudine ea qua tum res gerebantur, Attici labore atque industria factum est, ut eodem nuncio Saufeius fieret certior, se patrimonium amisisse, & recuperasse. Idem L. Iul. Calidius, quem post Lucretii, Catullique mortem multo elegantissimum poetam nominatum tulisse etatem vere videor posse contendere, neque minus virum bonum, optimisque artibus eruditum, post proscriptionem equitum propter magnas eius Africanas possessiones in proscriptorum numerum a P. Voluminio praefecto fabrum Antonii absentem relatum, expediuit. Quod in presenti vtrumque ei laboriosius, an gloriosius fuerit, difficile fuit iudicare: quod in eorum periculis, non secus absentes, quam praesentes amicos Attico esse curae cognitum est. Neque vero minus ille vir bonus paterfamilias habitus est, quam ciuis, nam cum esset pecuniosus, nemo illo minus fuit emax, minus aedificator, neque tamen non in primis bene habitauit, omnibusque optimis rebus usus est, nam domum habuit in colle

Vadimonium postulare.
Emisset in diem.

Versuram facere.

Antonium in Cicerone, odium.

Liberalitas ingenua.

Sui cuiusque mores fortunam fingunt.

Saufeius.

Calidius poeta.

Emax non fuit.

Omnibus optimis.

Domus Attici.

Quirinali Pamphiliānam ab auunculo hereditate relictam, cuius amoenitas non edificio, sed
Familia sylua constabat. Ipsum em̄ tectum antiquitus cōstitutū plus salis, q̄ sumptus habebat: in quo
Attici. nihil commutauit, nisi si quidē verustate coactus est. Vfus est familia, si vtilitate iudicandum
Anagnoste est, optima: si forma, vix mediocri. Namq̄ in ea erant pueri literatissimi, Anagnoste optimi, &
 plurimi librarii, vt ne pedissequus quidē quisq̄ esset, qui non vtrunq̄ horum pulchre facere
 posset. Pari modo artifices ceteri, quos cultus domesticus desiderat, apprime boni: neq̄ tamē
Elegans. horum quenq̄, nisi domi natum, domiq̄ factū habuit: qd̄ est signum non solū continentie, sed
 etiam diligentie, nam & non intemperanter concupiscere, qd̄ a pluribus videas, continentis
Splēdidus. debet duci: & potius diligentia, q̄ precio parare, non mediocris est industrie. Elegans nō ma-
 gnificus, splēdidus non sumptuosus, omni diligentia munditiam non affluētem affectabat.
 Supellex non modica, non multa, vt in neutra partem conspici posset. Nec preteribo, q̄ non
 nullis leue visum iri putem: cū in primis lautus esset eques Romanus, & non parū liberaliter
Parfimonia in domū suam omniū ordinū hoies inuitaret, scimus nō amplius, q̄ terna millia eris pereque
Ephemeris in singulos menses ex Ephemeride eū expensum sumptui ferre solitū: atq̄ hoc non auditum,
 sed cognitū predicamus. sepe em̄ propter familiaritatē domesticis rebus interfui. Nemo in
 conuiuio eius aliud ἀκρόαμα audiuit, q̄ anagnosten, qd̄ nos quidē iucundissimū arbitramur:
Lectio in neq̄ vnq̄ sine aliqua lectione apud eū cenarum est, vt non minus animo, q̄ ventre cōiue de
ccena. lectarentur. namq̄ eos vocabat, quorū mores a suis nō abhorrent. Cum tanta pecunie facta
 esset accessio, nihil de quotidiano cultu mutauit, nihil de vite consuetudine: rantaq̄ vus est
Sestertium moderatione, vt neq̄ in HS. vicies, qd̄ a patre acceperat, parū se splēdide gesserit, neq̄ in HS.
vicies & centies affluētius vixerit, q̄ instituerat, pariq̄ fastigio steterit in vtraq̄ fortuna, nullos habue-
centies. rit hortos, nullā suburbanā, aut maritimā sumptuosam villam, neq̄ in Italia preter Ardeati-
Epirotice num, & Nomentanū, rusticum prediū, omnisq̄ eius pecunie redditus cōstabat in Epiroticis,
possess. & vrbānis possessionibus. ex quo cognosci potest, eū vsum pecunie nō magnitudine, sed ratio-
Mendacii ne metiri solitū. Mendaciū neq̄ dicebat, neq̄ pati poterat. Itaq̄ eius comitas nō sine seuerita-
hostis. te erat, neq̄ grauitas sine facilitate: vt difficile esset intellectu, vtrū eum amici magis vereren-
Religiose tur, an amarent. Quicquid rogabat religiose promittebat: q̄ non liberalis, sed leuis arbitra-
promittere tur, polliceri qd̄ prestare non posset. Idē in nitendo qd̄ semel admisisset, tanta erat cura, vt nō
Promissa mandatā, sed suam rem videretur agere. Nusq̄ suscepti negotii eum perresum est. Suam em̄
exequi. existimationē in ea re agi putabat, qua nihil habebat charius. Quo fiebat, vt oīa Ciceronū,
Amicorū Catonis, Marcique Hortensii, A. Torquati, multorū preterea equitū Romanorū negotia procu-
procurator raret. ex quo iudicari poterat non inertia, sed iudicio fugisse reip. pcuratiōnē. Humanitatis
Humanita vero nullū afferre maius testimoniū possum, q̄ q̄ adolescēs idem seni Sulle fuerit iucundissi-
tis arg. mus, senex adolescenti M. Bruto: cū equalibus autē suis Q. Hortensio, & M. Cicerone sic vi-
 xerit, vt iudicare difficile sit, cui etati fuerit aptissimus. q̄q̄ eū precipue dilexit Cicero, vt ne
Epistole Ci frater quidē ei Quintus charior fuerit, aut familiarior. Ei rei sunt iudicio p̄ter eos libros, in
ce, ad Atti. quibus de eo facit mentionē, qui in vulgus sunt editi, sexdecim volumina epistolarū ab cōsu-
 latu eius vsq̄ ad extremū tempus ad Atticū missarum: que qui legat, nō multū desiderat hi-
 storiam contextam eorū temporū. Sic em̄ omnia de studiis principū, vitiis ducū, emulationi-
Prudentia bus reipu. perscripta sunt, vt nihil in his non appareat, & facile existimari possit prudentiam
diuinatione quodāmodo esse diuinationē. Non em̄ Cicero ea solū, quæ viuo se acciderunt, futura pdixit,
Ciceronis. sed etiā que nunc vsu veniunt, cecinit, vt vates. De pietate autē Attici, quid plura cōmēmo-
Pietas At rem: cū hoc ipsum vere gloriante audierim in funere matris sue, quā extulit annorū nonagi-
ri, in matrē ta, cum esset septem, & sexaginta, se nunq̄ cum matre in gratiā rediisse, nunq̄ cū sorore fuisse
 in simultate, quā prope etate equalē habebat. qd̄ est signū aut nullā vnq̄ iter eos querimoniā
 intercessisse, aut hunc ea fuisse in suos indulgentia, vt quos amare deberet, irasci eis nefas du-
Nature vis ceret. Neq̄ id fecit natura solū (q̄q̄ omnes ei paremus) sed etiā doctrina. Nam & principū phi-
 losophorū ita precepta habuerat p̄cepta, vt iis ad virā agendā non ad ostentationē vteretur.
Amator Moris etiā maiorū summus imitator fuit, antiquitatisq̄ amator: quā adeo diligenter habuit
morū vete cognitā, vt eam totā in eo volumine exposuerit, quo magistratus ornauit. nulla em̄ lex, neq̄
rum. pax, neq̄ bellū, neq̄ res illustris est populo Ro. que nō in eo suo tēpore sit notata. & qd̄ diffi-
Originum cillimū fuit, sic familiarū originem subtexuit, vt ex eo clarorū virorū propagines possim⁹ co-
scriptor. gnoscere. Fecit hoc idem separatim in aliis libris, vt M. Bruti rogatu Iuniā familiam a stirpe
 ad hanc etatē ordine enumerauerit, notans, qui a quorū ortus, quos honores, quibusq̄ tēpori

T. Pomponii Attici.

bus cepisset. pari modo Marcelli Claudii de Marcellorū, Scipionis Cornelii, & Fabii Maximii Fabiorū, & Aemiliorū, quibus libris nihil potest esse dulcius iis, qui aliquā cupiditatē habent notitię clarorū virorum. Attingit quoq; poetice (credimus) ne eius expertus esset suauitatis. Nāq; versibus, qui honore rerūq; gestarum amplitudine ceteros Ro. Populi prestitērūt, exposuit, ita vt sub singulorū imaginibus facta, magistratusq; eorū nō amplius quaternis, quinifq; versibus descripserit: qđ vix credendum sit, tantas res tam breuiter potuisse declarari. Est etiā vnus liber gręce confectus de cōsultatu Ciceronis. Hactenus Attico viuo edita a nobis sunt. Nunc, quoniā fortuna nos superstitēs ei esse voluit, reliqua persequemur, & quantū potuerimus rerū exemplis lectores docebimus, sicut supra significauim⁹, suos cuiq; mores plerūq; conciliare fortunam. Nāq; hic contentus ordine equestri quo erat ortus, in affinitatem peruenit Imperatoris Diui Iulii filii, cum iam ante familiaritatē eius esset consecutus nulla alia re, q̄ elegātia vitę, qua ceteros ceperat principēs ciuitatis dignitate pari, fortuna humiliores. Tanta em̄ prosperitas Cęsarē est cōsecuta, vt nihil ei nō tribueret fortuna, qđ cuiq; ante detulerit, & conciliarit, qđ ciuis Romanus quiuīt consequi. Nata autē est Attico neptis ex Agrippa, cui virginem filiam collocauit. hanc Cęsar vix anniculā T. Claudio Neroni Drusilla nato priuigno suo despondit. Quę coniunctio necessitudinē eorum sanxit, familiaritatē reddidit frequentiorē. Quis ante hęc sponsalia non solū cum ab Vrbe abesset, nunq; ad suorū quenq; literas misit, quin Attico mitteret, quid ageret in primis, quid legeret, qbusq; in locis, & q̄diu esset moraturus: sed & cū esset in Vrbe, & propter suas infinitas occupationes minus sepe q̄ vellet Attico fruere, nullus dies temere intercesserit, quo nō ad eū scriberet, quo aliquid de antiquitate ab eo requireret, modo aliquā quæstionem poeticam ei proponeret, interdum iocans eius verbosiores eliceret epistolas. Ex quo accidit, cū ades Iouis Feretrii in Capitolio ab Romulo constituta, vetustate, atq; incuria detecta prolaberet, vt Attici admonitu Cęsar eam reficiendā curaret. Neq; vero a M. Antonio minus absens literis colebat. adeo vt accurare ille exultū his terris quid ageret, quid curę sibi haberet, certiorē faceret Atticū. Hoc quale sit, facilius existimabit is, qui iudicare poterit quantę sit sapientię eorū retinere vsus, beneuolentięq; inter quos maximarū rerū non solū emulatio, sed obrectatio tanta intercedebat, quā tam fuit incidere necesse inter Cęsarem, atq; Antonium: cū se vterq; principē non solum Vrbe Romanę, sed orbis terrarū esse cuperet. Tali modo cū septē, & septuaginta annos compleisset, atq; ad extremā senectutē non minus dignitate, q̄ gratia, fortunęq; creuisset (multas em̄ hereditates nulla alia re, q̄ bonitate consecutus) tantaq; prosperitate vsus est valetudinis, vt annis. XXX. medicina nō idiguisset, nactus est morbū, quē initio & ipse, & medici cōtēpserūt, nā putarūt eē Tenasmon, cui remedia celeria, faciliaq; pponēbāt. In hoc cū treis mēses sine vllis dolorib⁹, p̄terq; quos ex curatione capiebat, consumpsisset, subito tanta vis morbi in vnū intestinum prorupit, vt extremo tempore per lumbos fistulę putris eruperit. Atq; hoc prius q̄ ei accideret, postq; in dies dolores accrescere, febresq; accessisse sensit, Agrippā generum ad se accersiri iussit, & cū eo L. Cornelium Balbum, Sextūq; Peduceū. Hos vt venisse vidit, in cubitum nixus, quantam inquit curam, diligentiaq; in valetudine mea tuenda hoc tēpore adhibuerim, cum vos testes habeam, nihil opus est pluribus verbis cōmemorare: quibus quoniā, vt spero, satisfeci, me nihil reliqui fecisse, qđ ad sanandū me pertineret, reliquū est, vt egomet mihi consulam: id vos ignorare nolui. Nam mihi stat alere morbū desinere, nāq; his diebus, quicquid cibi sumpsi, ita produxi vitam, vt auxerim dolores sine spē salutis. Quare a vobis peto, primum vt consiliū probetis meum, deinde ne frustra dehortando conemini. Hac oratione habita tanta constantia vocis, atq; vultus, vt non ex vita, sed ex domo in domum videretur migrare: cum quidem Agrippa eū flens, atq; osculās oraret, atq; obsecraret, ne ad id qđ natura cogeret, ipse quoq; sibi acceleraret: & quoniā tum quoq; posset temporibus superesse, se sibi, suisq; reseruaret: preces eius taciturna sua obstinatione depressit. Sic cum biduum cibo se abstinuisset, subito febris decessit, leuiorq; morbus esse cōp̄it. tamen propositum nihilo se cius peregit. Itaq; die quinto postq; id consiliū inierat, prid. Cal. Aprilis Cn. Domitio C. Sossio Coss. decessit. Elatus est in lecticula, vt ipse prescripserat, sine vlla pompa funeris, comitantibus omnibus bonis, maxima vulgi frequentia. Sepultus est iuxta viam Appiam ad quintum lapidem in monumento Q. Cęciliū Auunculi sui.

Poetice studiosus.

Lib. gręcus de cōs. Cico

Cęsar. felicitas. Neptis ex Agrippa.

Aedes Iouis Feretrii

Attici etas

Valetudo

Tenasmos.

Accersiri.

Mortis decretum.

Attici obitus & sepultura.

FINIS.